

TOMUS XXXIV.
MISCELLANEOUM.

~~G. V. f.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-45.

SIGNAT. MDCCCXIII.

6 bände:

DE
FŒDERE DEI
CVM HOMINIBVS:
Theses.

2^V AE

32

DEO ANNVENTE;

Publicè examinabuntur: Calendis
Martij. horis & loco consuetis.

PRÆSIDE

PETRO CALAMINO: SACRAE THEO-
logiæ Doctore; & Professore ordinario.

RESPONDENTE

LVCA STÖKELIO: ELECTORALIS
collegij, quod Sapientia vocant, alumno.



HEIDELBERGÆ.

Abrahamum Smeismannum excudebat.

ANNO MD. C. XCV.

NOBILITATE GENERIS, DO-
ctrinâ, virtute, pietate ac meritis in
Ecclesiam Dei, & Rempubl. Christianam,
præstantissimo viro:

DN. OTTONI A GRVNRAD:
Ecclesiastici Senatus, in Electo-
rali Palatinatu; PRÆSIDI:

ET

AMPLISSIMO AC PRVDEN-
TISSIMO VIRO,

DN. NICOLAO DOBBINO:
Supremæ Curiaë electoralis Consiliario:

ET

CLARISSIMO AC CONSVL-
TISSIMO VIRO;

DN. PETRO HEYMANNO:
Consiliario electorali; & Legum in
Academia Palatina Professori
dignissimo:

DOMINIS, PATRONIS, FAVORI-
BUS, ET BENEFACTORIBUS SVIS:

GRATITVDINIS ET OBSERVAN-
tiaë testificandæ causâ:

DEDICAT ET CONSECRAT

Petrus Calaminus D.



T H E S I S P R I M A.

Doctrina de fœdere Dei cum hominibus: si penitus introspi-
ciatur: summam totius Theologiae & religionis sacrae com-
plecti animaduertitur.

I I.

Quicquid enim ad salutarem tum ipsius Dei, tum nostri co-
gnitionem, & ad veram Diuini cultus, ac nostrae salutis ratio-
nem pertinet: id omne quodam modo, hoc loco continetur.

I I I.

Diligenter ergo hæc pars cœlestis sapientiae ab omnibus ho-
minibus cognosci, & ad usum quotidianum transferri debet.

I V.

Est autem hoc fœdus, pactio vel obligatio mutua inter Deum
& homines^a: in qua Deus hominibus, mandata diuina fa-
cientibus, beneficia pollicetur^b: Et violantibus pœnas com-
minatur^c: Homines autem; vel ad mandatorum illorum diui-
norum obedientiam^d, vel ad pœnarum sufficientium persolu-
tionem, sese obligant & obstringunt^e: Quae pactio, per Filium
Dei inita^f, tabulis tum humani cordis^g, tum Prophetico-
rum & Apostolicorum monumentorum comprehenditur^h,
Et symbolis fœderalibus, quae Ecclesia vocat sacramenta, con-
firmaturⁱ, Vt per huius fœderis implentionem, tum Dei gloria
illustretur^k, tum electorum salus efficiatur^l.

V.

In hac definitione præcipuè sex grauissimæ res, acerrimis ani-
mi oculis, aspici debent. 1. Partes seu personæ confœderatæ: quæ
materia seu subiecti vicem hic sustinent. 2. Pactio ipsa, seu mu-
tua partium obligatio, quæ formæ rationem habet. 3. Condi-
tiones, ad quas sit obligatio, quæ termini, vel obiecti loco sunt.
4. Conciliator huius fœderis; qui proximi efficientis munus obit.
5. Tabulæ & symbola fœderalia: quæ duo ministerium &
omnino huius fœderis sunt. 6. Finis duplex, & bonum, quod
hoc fœdere quæritur & obtinetur.

a Gen. 17. v.
1 2.
b Leuit. 18 v.
5. Ezech. 20.
v. 11
c. Deut. 27.
v. 26
d Exod. 24.
v. 7.
e deut. 27.
f Iohann. 1.
v. 3. Tim. 23
v. 5. Hebr. 9.
v. 15.
g Ier. 31. v.
33. Ies. 59 v.
2. Iere. 11. v.
4.
h Ezech. 11.
v. 20. Holo.
2 v. 18 19 23.
i 2. Cor. 6 v.
16.
j Gen. 17. v.
12 Exod. 24.
v. 8 Rom. 4.
v. 11.
k Ios. ult.
Deut. 7. v. 6.
7 8.
l Rom. 8 v.
28. 2 Cor. 6.
v. 16 2 Pet.
3. v. 3.



V I.

Ac partes fœderata, seu subiectum huius fœderis sunt: isthinc quidem unus & trinus DEVS: hinc verò nostrum genus.^m

m. Gen. 17.
v. 7. Ioc. 2 v.
28.

V I I.

Vnde Augustinus meritò scripsit: fidelis Deus se nostrum debitorem fecit, non aliquid à nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo.ⁿ

n. in Psal.
110.

V I I I.

Pactio autem, seu obligatio partium mutua, ad certa quadam præstanda, est forma huius fœderis.^o

o Gen. 17. v.
7. & 10.

I X.

Estque ordo, vinculum & necessitudo inter confœderatos, Deum nimirum & hominem: non à voluntate tantum libera utriusque, partis sed etiam à naturâ & conditione utriusq; existens & dependens.^p

p Ios. 24 v.
15. & 16.
Rom. 2 v. 24
25.

X.

Nam homo obligatus est Deo, non tantum, quia Deus post creationem & post lapsum hominis, & peculiaribus reuelationibus, subinde suam voluntatem testatus est: in quam homo liberè consensit: ^q Sed etiam, quia creatura suo creatori, & bona omnia inferiora summo bono ita obstricta sunt, naturali quadam necessitudine, ut vel æterno exitio suo, & sui in nihilum reductione, gloriam illius redimere teneantur.^r

q Genes. 3.
v. 2. 3. Gen.
17. Exod. 24.
v. 7. Ios. 24
v. 25 16.

X I.

Naturali enim instinctu omnes sani iustum esse agnoscunt, ut omnia eò referantur, unde existunt & subsistunt: & ut omnia inferiora bona summo bono seruiant.^s

r Rom. 11. v.
ultimo. Ex-
od. 9 v. 16.
Prouerb. 16.
v. 4.

X I I.

Vnde perspicitur: obligationem istam inter Deum & hominem, non simpliciter mutuam, & utring; prorsus æqualem esse: sed aliquo modo tantum.^t

s Rom. 9. v.
20. 21. 22.

X I I I.

Primò enim Deus nobis non alia de causa obligatus est: quàm quia ipse liberrima voluntate, gratuitis suis promissionibus, se nobis debitorem fecit.^u

t Rom. 11. v.
35. & 36.

At nos

XIV.

At nos non tantum Consensu illo, in patefactam Dei voluntatem: sed etiam ipso creationis & conseruationis iure atq; ordine: ipsaq; nostri existentia & substentia; Deo conditori, & conseruatori ad quæuis officia, quæ ipse à nobis postulat obligamur. vv

vv leuit. 18.
v. 4. v. 5.

V.

Deinde obligatio nostri erga Deum tantò maior est, quanto ipse Deus nos excellit, hoc est: infinitis partibus. x

x Rom. 22.
v. 36.

XVI.

Quæ consideratio, mirificam quandam vim habet, apud omnes pios & sanos homines: quâ se ad æquanimittatem & subiectionem erga Deum, & ad celebrationem atq; adorationem mirabilium iudiciorum Dei, in quauis tum propria tum aliena fortunâ comparent. y

y Rom. 11. v.
33 34. 35. 36.
Psal. 39. v. 1.
Et 10.

XVII.

Etsi autem Deus liberrime, pro suo beneplacito, omnia nobiscum agere possit: ita tamen ius illud suum æquitate & benignitate temperat, ut mandatis ipsius obedientibus, præmia promittat & tribuat liberalissimè: & non nisi inobedientibus & peccantibus, pœnas comminetur & infligat. z

z Ier. 18. v. 6.

a Rom. 5. v.

b Tit. 3. v. 4.

b Exod. 20.

v. 6.

c Ezech. 18.

v. 20 21. 22. &

23. Exod. 20

v. 5.

d Gen. 17 v.

1. 2.

e Gen. 2. &

37.

XVIII.

Quare utraq; pars confœderata in hoc quoq; fœdere, certa quadam præstanda recipit, & quidem conditionaliter. e

XIX.

Deus enim nobis vel pollicetur præmiorum collationem, si voluntati ipsius reuelata obtemperemus: vel comminatur pœnarum irrogationem, si mandata ipsius violemus. Homines autem Deo se obstringunt, vel ad obedientiam, & ad præmiorum expectationem, si obedientiam præstent: vel ad sufficientem pœnarum persolutionem, si obedientiam non præstent. f

f Leuit. 18 v.

5 Ezech. 20.

v. 11.

g Deut. 27.

v. 26.

h Exod. 24.

v. 7

i Exod. 24. v.

7.

XX.

Vnde res istæ, ad quas fit mutua & conditionalis obligatio, conditiones fœderis vel pacti nominantur.



X X I.

Que docendi causã, in primarias & secundarias distinguere possunt: quarum illæ sunt, diuina collatio, & humana expectatio premiorum, si obedientia prestetur ab hominibus: hæ verò sunt irrogatio & persolutio pœnarum, si obedientia viole-

V X I I.

Atque hæ conditiones generaliter sic sumtæ, in omni statu hominis locum habent.

X X I I I.

Nam primò ante lapsum eius valuerunt conditiones primaria: cum Deus in homine ad sui imaginem formato, habitans, se & sua bona, vitam & salutem ei communicabat: & vicissim ab homine, iustitia & sanctitate vera colebatur.^K

X X I V.

Deinde statui misero post lapsum, ante nouam gratiam, cõditiones secundaria competunt: Cum homo per peccatum primorum parentum^l, semel à Deo auulsus & reus ac prauus factus^m, Deum secundum voluntatem ipsius nec agnoscitⁿ, nec colit^o, & ne quidem agnoscere aut colere potest^r: sed peccatis originalibus & actualibus, indies magis ac magis eum offendit^p: ideoq; à Deo non amplius præmijs ac vita donatur^s, sed pœnis ac supplicijs temporalibus & æternis afficitur^t.

X X V.

Denique in gratia statu, eoq; tum incoato tum consummato, partim primaria, partim etiam secundaria conditiones ius suum obtinent: quando per & propter Christum, non tantum impletione aliena legis nobis applicata iustificamur^v sed & à Spiritu sancto in electis propria obedientia incoatã^u & tandem perfectã^{vv}, plenè ad imaginem Dei instauramur, & beati reddimur^x.

X X V I.

Iam conciliator fœderis est Filius Dei^y: per quem tum creatio tum restitutio omnium peragitur^z.

Id quod

R Ephes. 4.
v. 24.

l Gen. 3. v. 17.
m Rom. 5. v.
12 Rom. 3. v.
n 12.
o Psal. 14.
p 1. Cor. 2.
v. 4.
q Gen. 8. v.
21
2. Corin. 3.
vers. 5
Mar. 6. v. 12.
Gen. 3. ver.
22 & 23.
s Exod. 20.
vers. 5.

t Rom. 3.
vers. 24.
u Tit. 3. v. 5.
vv 2. Cor. 3.
vers. 18.
x 1. Cor. 15. v.
49 & 50.

y Ioh. 1. ver.
3 Et 12. 3. 14.
z Coll. 1. v.
29. 12.

XXVII.

Id quod veram ipsius Deitatem evidenter confirmat.

a Joh. 1. v. 18.
23. Act. 20. v. 28.

XXVIII.

Tabulae autem foederis sunt cor humanum^b, Lapidea Mo-
sis^c, & libri prophetici atque Apostolici.^d

b Rom. 1. v. 15.

XXIX.

In his enim singulis vellex tantum^e, veletiam euangelium
scriptum^f continetur: quibus conditiones foederis huius decla-
rantur.^g

c Exod. 20.
Deut. 10.

d Dent. 31. v. 11.
Deut. 29.
v. 21.

e Exod. 20.
f. Mar. 1. v. 15.

g Rom. 10.
v. 8. 9. 10.

XXX.

Symbola foederalia sunt, ante lapsum quidem lignum vitae,
ac arbor scientiae boni & mali^h: post lapsum autem sacramenta
omnia Ecclesiae, quibus & Deus sua nobis beneficia testatur, &
nos illi nostrum officium publice & solenniter contestamur.ⁱ

h Gen. 2.

i Gen. 17. v. 10.
Marc. 14.
v. 24.

XXXI.

Qua observatio ad naturam & officium horum symbolorum
intelligendum valde prodest, & ad legitimum eorum usum in-
primis facit.^k

k Rom. 4. v. 11.
Rom. 2.
v. 25.

XXXII.

Finis huius foederis duplex est: internus & proximus: atque
externus & remotus.

XXXIII.

Internus & proximus foederis huius finis est, conditionum
eius impletio: qua quidem vel primaria est, nempe praemiorum
obedientiae collatio & fruitio^m: vel secundaria, nempe paena-
rum inobedientiae irrogatio & persolutio.ⁿ

l Ephes. 4. v. 23. & 24.

m 1. Tim. 4.
v. 8.

n Matth. 7.
v. 19.

XXXIV.

Finis externus rursus duplex est: nimirum ultimus & sub-
ordinatus.

XXXV.

Ille quidem est gloria Dei: Hic vero salus electorum^p.

o Eph. 1. v. 6.
12. Rom. 9.

v. 22. 23.
d Rom. 8.

XXXVI.

Ac gloria Dei dicitur agnitio & celebratio divinarum at-
tributorum.^q

ver. 28.
q Rom. 1.
verf. 28.

Salus

XXXVII.

Salus verò electorum vocatur confirmata imago Dei in ho-
mine:^z

31. Ioh. 3. v. 2

XXXVIII.

Vterq; istorum finium, ex interno sine seu ex impletione con-
ditionum fœderis sequitur^s. Gloria Dei quidem mediatè: Salus
electorum verò immediatè.

a Ier. 31. v. 33.
34. & 35.

XXXIX.

Damnatio verò & interitus atque exitium reproborum, etsi
in hoc fœdere concurrat: finis tamen eius nullo modo dici potest:
cum nec à Deo, nec ab ipsis hominibus proponatur & spectetur^c.

t Ezech. 18.
vers. 32.

u Rom. 2.
vers. 15.
vv Eph. 2. v.
1. 2. 3. & c.

XL.

Fœdus hoc modo definitum & explicatum diuiditur in na-
turale^u & gratuitum.^{vv}

x Ioh. 1. v. 9.

y Ioh. 1. v. 14.

z Gen. 1. v.

26. 27. & c. 31

a Gen. 5. v. 3.

Rom. 1. & 2.

b Gen. 4. v. 7.

Gen. 6. v. 3.

c Exod. 20.

d Gal. 3.

e Gen. 4. v. 7.

f Mat. 19. v.

16. 17.

g Deut. 27.

vers. 26.

h præcepto

8. & 2.

i Gal. 3. v. 12.

k Exod. 24.

l Leuit. 8. v. 5.

m Exod. 20.

vers. 5.

n Gen. 2.

o Rom. 2.

p Exod. 31.

q Exod. 20.

r Matt. 5.

s Gen. 2.

t Rom. 21.

vers. 15.

u Exod. 20.

vers. 20.

v Rom. 1. v.

18. Rom. 5. v.

32.

w Gen. 7.

XLI.

Naturale fœdus dicitur pactum illud, quod inter Deum &
homines^x per filium Dei^y in prima creatione^z statim initum est,
& post lapsum etiam naturali hominis propagatione^a continua-
tur, & cum sæpè aliàs^b, tum præsertim in solenni illa, quæ de
monte Sinai facta^c est, legis promulgatione repetitum est^c: in
quo quidem homines Deo, aut propriam^d, inherentem^e &
perfectam^f secundum omnia ipsius præcepta^g obedientiam &
cultum^h præstare pollicenturⁱ, aut ad pœnas omnis generis, vel
minimum delinquentes se obstringunt^k: Deus autem obedi-
entibus gratiam suam, & omnis generis tum corporalia tum
spiritualia beneficia promittit^l, & contra vel in uno prævari-
cantibus quasi pœnas tum temporarias tum æternas commina-
tur^m: quod pactum lege diuina, tabulis humani cordis pri-
mumⁿ, postea etiam lapideis Mosis^o, & tandem libris Pro-
pheticis atque Apostolicis inscripta^p comprehensum est, & tum
arbore vite ac scientiæ boni & mali, ante lapsum^q, tum ipsius
humane conscientie perpetuo testimonio^r tum horribili tempe-
state in legis latione cœlitus excitata^s, tum varijs illis pœnis to-
tius humani generis^t, vniuersalibus pariter^u & particularibus
sancitur

sancitur & obfirmatur: ut impletione eius secundaria, postquam primaria violata est, in primis iustitia Dei illustretur^x, & salus electorum promoveatur^z.

X L I I.

Fœdus autem gratuitum est pactio mutua inter Deum & homines^a: per &^b propter^c Filium Mediatorem^d statim post lapsum in paradiso^e inita; & postea sæpe e cum patriarchis, præsertim verò cum Abrahamo^g & posteris eius^h renouata, in primis autem post ascensionem Christi, in prima pentecosteⁱ solenniter promulgata, & ad gentes quoque publicè extensa^k: in qua homines fidem, in Christum & nouam obedientiam^m per Dei gratiam præstandamⁿ stipulantur: Deus autem in Christum credentibus & conuersis^o remissionem peccatorum^p, iustitiam^q & vitam eternam paciscitur^r: Quæ pactio maxime euangelio^s, tabulis prophetorum & Apostolicorum scriptorum^t & cordis humani, à Spiritu sancto mitigati^v inscripto comprehenditur: & signis visibilibus, quæ sacramenta vocamus^x, ac spiritu sancto, & pace conscientia^z, cum viua consolatione coniuncta^a, fidelibus obfirmatur: ut impletione eius utriusque^b, præcipuè laus diuinæ misericordiæ commendetur^c, & salus electorum efficiatur^d.

X L I I I.

Conueniunt ergo fœdus naturale & gratuitum, atque unum & idem fœdus sunt, quantum attinet eas res, quæ in definitione generali expressæ sunt.^a

X L I V.

Differunt autem, & duo diuersa fœdera sunt: quo ad communium illorum limitationem & restrictionem.

X L V.

Ac primò quidem discriminata sunt pactiois tempore. Nam fœdus naturale etiam ante lapsum, statim in ipsa creatione, cum hominibus in initum est.^e

X L V I.

Vnde etiam interdum vel ipsum vel verbum eius, nempe lex vetus vel antiquum fœdus nominatur^f.

B

x 1. Cor. 2.
vers 31.
z ibidem.
verf 20.
a Gen. 3.
vers 15.
b Col. 1 v.
19. 20.
c ibidem
d 1. Tim. 2.
e Gen. 3.
vers. 15.
f Gen. 12.
vers. 15. & 17.
g Gen 12. 15.
17. 22. 26.
h Gen 26.
28. Exod. 20
& alibi.
i Act. 2.
k Act. v. 8.
l Ephes. 1.
vers. 13.
m ibidem.
vers. 4.
n vers. 11.
o Ioh. 3. v. 16.
p vers. 7.
q 1 Cor. 1.
vers. 30.
r Ioh. 3. v. 16.
s Rom. 1. v. 1.
2. 3.
t ibidem.
u Ier. 32.
vers. 40.
v Ephes. 1.
x Iuc 22 v. 20
z Rom. 5. v. 1.
a 2. Thef. 2.
vers. 16.
b 1. Tim. 1. v.
14. & 17.
c Ephes. 2.
vers 5. 6.
d Act 15 v. 11

e Gen 1 v 27

Ier. 31. v 33.

XLVII.

g Gen. 3.
Hebr. 8.
h Jer. 31. v. 32.
Hebr. 9. v. 15.

Gratuitum verò fœdus post lapsum demum percussum est.
Atque ideò etiam interdum nouum^h fœdus dicitur.

XLVIII.

i Rom. 1 & 2
& 5. v. 12.

Secundò pactionis continuatione ad posteros. Naturale enim fœdus naturâ seu naturali propagatione ad posteros Adamî extenditur, & cum eis continuatur.ⁱ

XLIX.

Atque hinc etiam nomen invenit, ut fœdus naturale dicatur.

L.

k Rom. 5 v.
8. & 10.

Gratuitum verò non naturâ, sed mera Dei gratia ad naturam accedente^k eamq; corrigente dispensatur. Ideò fœdus hoc gratuitum appellatur.^k

LI.

m Gal. 3.
Colof. 1.
n Ephes. 1.
vers. 3.

Tertiò differunt conciliatore fœderis. Nam fœdus naturale initur per Filium Dei, & quidem tantum, quatenus is est Deus, cum Patre, & Spiritu Sancto^m.

LII.

o
p Rom. 8.
q 2 Cor. 5.
vers. 18.

Gratuitum verò feritur non modò per eum, sed etiam propter eumⁿ: & non solum quatenus Deus est^o, verum etiam quatenus homo est^p, ex nostro genere & reconciliationis officio fungitur^q.

LIII.

r Matth. 26.

Postquam enim homo per peccatum à Deo avulsus erat: reconciliatio inter ipsum & Deum fieri, & fœdus gratuitum iniri non potuit: absque mediatore^r, his de causis.

LIV.

s Exod. 24.
t Tim. 6.
vers. 16.

1. Quia Deus irascens peccato, & homo post lapsum reus peccati, uniri per se, nunquam potuissent^s: opus igitur fuit medio quodam: quo extrema coniungerentur^t.

LV.

u Ephes. 3.
vers. 10.
vv Rom. 11.
v. 34.

2. Nemo Angelorum^u, aut hominum sine noua reuelatione^{vv} unquam suspicari potuisset: an & quo modo, reconciliatio m



tua inter istos disidentes fieri queat. Necessarius igitur fuit ar-
arcani consilij de salute nostra interpret^x.

x Ioh. 1. v. 18.

L V I.

3. Accuratissima Dei iustitia & veracitas^z non patiebatur, ut
is nobiscum rediret in gratiam, absq^z sufficientissima satisfactio-
ne^a, quam cum nos, propter naturæ nostræ infirmitatem^b &
indignitatem, finito tempore, ita ut ex pœnis aliquando emer-
geremus, præstare non potuerimus: requirebatur aliquis, qui
pro nobis satisfaceret^c.

z Gen. 3.

a Exod. 20.

v. 5.

b Rom. 8.

v. 3.

c Rom. 8.

v. 3. Act. 17.

20. v. 28.

d Hebr. 9. v.

14. & 24.

e Rom. 3. 6.

f Ioh. 17.

g Rom. 8. &

Hebr. 9. per

totum cap.

L V I I.

4. Satisfactionem illam à Deo acceptari^d, & nobis imputari
oportuit^e. Quod ut fieret: postulabatur deprecator^f, qui pro-
pter suum ipsius sacrificium, remissionem peccatorum, &
imputationem iustitiæ nobis impetraret^g.

L V I I I.

5. Nos ipsi quoq^z diuinitus imputatâ satisfactionem accipere^h,
& nobis applicare debuimusⁱ. Quod cum viribus naturalibus
præstare nequeamus: efflagitabatur aliquis, qui fidem in nobis
efficeret^k.

h Rom. 4.

i Ioh. 1. v. 10.

k Ephes. 2.

Ioh. 3. v. 5.

Gal. 5. v. 22.

2 Cor. 4. v. 13.

L I X.

6. Etiam ab offensione Dei cessandum^l, & gratitudo pro re-
conciliatione declaranda erat^m, quæ cum naturâ mali, nun-
quam vel inchoare potuissimusⁿ: eguimus naturæ prauæ re-
formatore^o.

l Ephes. 2.

v. 26.

m Exod.

n 2. Cor. 3.

v. 5.

o ibidem v.

25.

L X.

7. Saluandis omnibus, ad finem usq^z in fide & cōuersione per-
seuerandum est. Id cum nullus, per se, & sibi relictus, vel cona-
ri possit^p: omnibus conseruator & defensor salutis partæ opus
est^q.

p Phil. 1. v. 6.

q 1. Pet. 1.

Ioh. 10. v. 28.

Ioh. 15. v. 5.

L X I.

8. Deniq^z electos Dei à peccato & morte totaliter & finaliter
liberatos^r, perfectèque iustos & beatos^s, in conspectum
æterni Patris sisti oportet^t: ut Deus omnia sit in omnibus^u.

r Apoc. 7. 21

s Eph. 5. v. 27

t ibid.

u Co. 10. v.

28.

igitur fuit resuscitator & glorificator, qui beneficia omnia con-
summaret & absolueret.^v

v v. ibid v. 20.
& 22.

L X I I.

Nec verò ad fœderis gratuiti conciliationem mediatore quo-
uis opus fuit: sed omninò tali, qui & Deus^x, atq; adeò Filius
Dei^z: & tamen simuletiam verus^a, ac iustus^b, & perfectus^c
homo, & ex nostro genere esset^d.

x Ioh 7 v. 14
z Rom 8. v. 3.
a I Cor. 15. v.
21.
b Ier. 23 v. 6.
c Heb 2. v.
16 & 17.

L X I I I.

Partes enim enumeratas, officij Mediatoris alius nemo, nisi
talis, obire atq; exsequi potuisset.

e Rom 8. v. 3.

L X I V.

Nimirum, duo extrema coniungere non potuisset, nisi qui
medius, ac proinde utriusq; extremi particeps esset^f: hoc est,
qui in una eademq; persona & Deus & homo simul esset.

f Act. 20. v.
28 Hebr. 2.
14.
g Ioh. 1.

L X V.

Dei autem voluntatem, de reconciliatione reuelare^g, suffi-
ciens $\lambda\upsilon\tau\rho\upsilon\nu$ ^h, & $\alpha\iota\tau\alpha\delta\delta\alpha\chi\mu\alpha$, i^satis dignum ad expianda pec-
cata omnia persolvere: amissam iustitiam ac vitam, merito suo
recuperare^k: & recuperatam efficacia sua applicare: propter su-
am ipsius satisfactionem, & suum meritum, peccata nobis re-
mittere^m, & nos in gratiam recipereⁿ: fide^o ac Spiritu sancto
donare, & conuertere: collatam fidem ac conuersionem conser-
uare^p: contra omnes hostes nos & nostra tueri: & tandem con-
summare, atq; à mortuis resuscitados^q, & gloria ac vita aeterna
ornatos: in conspectum aeterni patris adducere & sistere^r: hæc,
inquam, nemo prestare potuit: nisi aeternus & omnipotens De-
us, atq; adeò Dei Filius^v: qui ius filiorum Dei & cœlestis here-
ditatis, quod natura ipse habebat: nobis per gratiam commu-
nicaret^x, & à Patre Spiritum sanctum mitteret^z: ut ita per e-
undem, quemadmodum fieri debuit: & crearentur, & instau-
rarentur omnia.

h Ioh. 1.
v. Tim 2.
i 6.

k I Ioh. 1 v. 2
L Act. 20.

m Ioh. 1 v. 7
n Ioh. 17
o Rom. 3. v.
25.

p Eph 1. v. 13.
q Rom. 8. v.
24.

r Ioh. 10 v.
28.

s Ioh. 6. v. 40
t Ioh 17 v. 24

u Eph. 5 v.
27.

v Ioh. 1.
Rom 5 v 15.

x Eph 1. v 6.
z Ioh. 14. v

16.
a Eph. 1. v 20
Col. 1. v. 20.

L X V I.

Pati autem pro hominibus: secundum iustitiam & veritatem
Dei: & hominum miseriam expertum affici^b: humana massa nos
inserere,

b Hebr. 1. v.
14. 15. 16. 17.
18.

insere tanquam viti palmites^e, & incorporare, tanquam
membra capiti^d: Id verò nemo, nisi verus, perfectus, & iustus
homo, & ex nostro genere ortus, perficere potuit^e.

LXVI.

Porro mediator talis & conciliator fœderis gratuiti, non est
alius, nisi Iesus Nazarenus^f.

LXVII.

Is enim solus in una eademq; persona simul est verus Deus^g,
atq; adeò Filius Dei^h, ex substantia æterni Patrisⁱ, ab æterno
genitus^k: & verus, perfectus, ac iustus homo^l: operatione
Spiritus sancti^m, ex Maria virgine conceptusⁿ, & natus, fra-
tribus suis per omnia similis, excepto peccato^o.

LXIX.

Deinde solus hic, omnia mediatoris recensita officia, perfe-
tè exsequitur: tum merito, tum efficacia.

LXX.

Nam primò sufficienti pœna, seu satisfactione pro nostris
peccatis prestita, id nobis meritum est^p: ut non solum impetrata
peccatorum remissione, liberemur à pœna: sed etiam coram
Deo iusti censeamur^q: & ab ipso in filios adoptati, Spiritu ad-
optionis ornemur & sanctificemur: atq; æternæ vitæ heredès ef-
ficiamur^r.

LXXI.

Deinde suum illud meritum nobis efficaciter applicat: agen-
do cum utraque parte, tam offensa, quàm offendente.

LXXII.

Cum parte offensa quidem, hoc est, cum Deo, agit, dum, a-
pud Patrem pro nobis intercedit^s; ad satisfactionem sese offe-
rens^t: eamq; sufficientissimam persolvens: & ut peccatis Deum
offendere cessemus, non tantum de nobis, Patri promittens^u:
sed etiam in nobis per Spiritum suum efficiens^{vv}: atq; ita impe-
trans, ut Pater illam satisfactionem nobis imputet^x: ac pro-
pter illam peccata nobis remittat^z, nosque iustos pronunciet, ac
beatos efficiat^a.

e Ioh. 15.
d Eph. 5. v. 20.
e Hebr. 2.

f Luc. 2. v. 10.
A. Ct. 4. v. 10.
11. 12.

g 1. c. 7.
h Luc. 1. v. 76.
i Ioh. 1. v. 18.
k Ioh. 1. v. 1.
l Hebr. 2.
m Luc. 1. v. 35.
n Luc. 1. v. 31.
o Hebr. 4. v. 15.

p Ioh. 19. v. 30.
Rom 3. v. 24. 25. 26.
q Hebr. 10. v. 14. Rom. 3.

r Hebr. 9. v. 14. Rom. 8. v. 15. 16. 17.

s. Ioh. 17.
Rom. 8. v. 34.
t Hebr. 10. 86.
17.

u Ioh. 17. v. 19.
vv Eph. 5. v. 26.

x Rom 3. v. 6.
z Rom 4. v. 8

a Rom. 8. v. 33.

L X X I I I.

Cum parte offendente verò, nempe nobiscum agit, primò dum nobis consilium hoc Dei de nostri reconciliatione patefacit^b. Deinde dum pœnam nobis debitam, ipse luit^c. Præterea dum satisfactionem, pro nobis præstitam, imputat^d, & per ministerium verbi^e, ac Sacramentorum^f, Spiritum sanctum^g, ac fidem^h, nobis confert, quâ meritum ipsius nobis ipsi etiam applicantes, de iustificatione nostri coram Deo, certissimusⁱ. Tum sanctificationem, vera fidei fructum, in nobis operatur: ac potentia sua, nos aduersus omnes hostes tuetur, & conseruat^k: ac deniq; in ultimo illo die, deuietâ etiâ morte nos plenè regenitos & instauratos^l, in æternam Patris sui domum recipiet: ubi nostra cum Deo vnio, & vita ac beatitudo, non solum plena & perfecta^m, sed etiam æterna futura estⁿ.

b Ioh. 1.
c Ies. 53. v. 4.
d 2. Cor. 5. v. 21.
e 1. Pet. 1. v. 21.
f Rom. 1.
g Mat. 23. v. 19.
h Ioh. 3. v. 5.
i Eph. 2. v. 8.
j Rom. 8. toto.
k Gal. 3. v. 27. Ioh. 10.
l Eph. 5.
m Apoc. 21.
n Ioh. 3. v. 2. I Thel. 4. v. 17.

L X X I V.

Atque ex his omnibus satis superque tertium naturalis & gratuiti fœderis discrimen liquet: quod à persona & officio conciliatoris desumitur.

L X X V.

Quartò differunt ista fœdera conditionibus, & verbo eas declarante. In naturali enim fœdere, Deus hominibus recipit suum fauorem, & sua beneficia, hoc est, sui ipsius & suorum bonorum communionem: sub conditione propriæ, inherenti, ac perfectè præstitæ obedientiæ: idq; secundum legis^o rigorem. In gratuito autem pacto, promittit remissionem peccatorum, iustitiam & vitam æternam, in Christum credentibus, & gratitudinem præstantibus: idq; secundum euangelij^p Πνεύματος^v.

o Rom. 10. v. 5.
p ibid. v. 6. 9.

L X X V I.

Ideò fœdus naturale à doctõribus etiam legale dicitur: sicut gratuitum nominatur quoque euangelicum: propter genus scilicet doctrine, quo utrumuis maximè explicatur.

L X X V I I.

Quintò differunt hominibus paciscentibus: quòd fœdus naturale cum omnibus hominibus^q, ex Adamo naturaliter prognatis

q Rom. 1. & 2.

gnatis feritur: gratuitum verò cum aliquibus tantum.

L X X V I I I.

Etsi enim humiliatio Christi sufficientissimum $\lambda\acute{\upsilon}\tau\rho\upsilon\varsigma$ est pro cunctis mortalibus: ac mandatum, quo fides & conuersio precipitur, ad omnes prorsus pertinet, omnesq; obligat: Deus etiam ac Christus omnes tum beneficijs, tum supplicijs, aliquo modo ad se inuitat: & propria miserie sensus, unumquemque ad fæderis gratuiti societatem ambiendam compellere & cogere, per se poterat, & debebat: fædus tamen gratuitum, ministerialiter, hoc est, per verbum, & sacramenta, cum omnibus & solis vocatis, & visibilis Ecclesie membris inuitur: principaliter verò, h. e. per Spiritum sanctum, & per fidem veram, cum omnibus & solis electis, suo tempore, sancitur.

L X X I X.

Omnes quippe & soli electi, quando Deo visum est, per fidem & spiritum sanctum, Christo fæderis huius unico conciliatori inseruntur, & per ac propter Christum iustificati & renouati, Deo rursus uniuntur, eumq; iustitia & sanctitate colentes, templa totius Trinitatis viua, & honorum diuinorum $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\upsilon\iota$ euadunt: in quem finem, ab initio à Deo conditi eramus.

L X X X.

Vnde sequitur, quòd duplices sint socij fæderis gratuiti: sicuti & duplices sunt ciues Ecclesie, duplices filij Abrahami, & Israëlis, duplices Christiani, & duplices sancti, nimirum, alij quidem apparentes simul & veri, alij autem apparentes tantum, non etiam veri.

L X X X I.

Apparentes simul & veri socij fæderis sunt: qui non foris solum & ministerialiter, per Verbum & sacramenta, sed etiam intus & principaliter, per fidem & spiritum sanctum, verè Deo confæderantur. Quemadmodum apparentes simul & veri ciues Ecclesie sunt: qui non modò sunt in Ecclesia, puta vocatorum: sed etiam de Ecclesia, nempe sanctorum.

Et

g Matth. 1. v. 21.

s 1 Ioh. 2. v. 2

t Marc. 1. v. 15

u Act. 17:

Rom. 1.

Mat. 11. v. 28.

vv Rom 7. v.

24.

x Matt. 28. v.

19.

Act 9. v. 15.

z Eph. 1.

Ier. 21. v. 34.

a Rom. 11. v. 7

b Iohan 6. v.

44. & 65.

c Rom. 8.

d Ioh. 17. v.

21.

e Eph. 4.

f Ioh. 14. v. 23

g Rom. 8. v.

3.

S Matth. 13.

per totum

cap.

i Mat. 3. v. 9.

k Rom. 9. v.

6.

l Mat 7. v. 21.

m Rom. 7. v.

7.

n Rom. 2. v.

28.

o Eph. 3. v. 16.

& 17.

p 1 Ioh. 2. v.

19.

VIII

L X X X I I.

Et apparentes simul ac veri filij Abrahami & Israëlitis sunt: qui non tantum vel nati sunt ex Patribus illis^a, vel fidem & charitatem ipsorum profitentur^r: sed etiam fidem & charitatem Abrahami & Israëlitis sincerè ac verè imitantur^s, & Christo semini benedicto per fidem & Spiritum sanctum insiti sunt, & ita in semine Patrum illorum censentur^u.

^q Rom. 9. v. 7.
^r Rom. 2. v. 29.
^s Ioh. 8. v. 37.
^t ibid. v. 39.
^u ibid. v. 31.

L X X X I I I.

Sic apparentes simul ac veri Christiani sunt: qui non solummodo nomen Christianorum gerunt & usurpant^{vv}, sed etiam rem ipsam hoc nomine significatam habent, & Christo tanquam capiti suo verè incorporati^x ipsius unktionis participes redduntur^z.

^v Matth. 7.
^x Col. 2. v. 19.
^z I Ioh. 2. v. 27.

L X X X I V.

Ac denique apparenter simul & verè sancti sunt: qui non tantum foris à profana multitudo segregati^a, sed etiam intus imputatione atq; inchoatione sanctificati sunt^b.

^a I Cor. 1. v. 2.
^b I Cor. 6. v. 11.

L X X X V.

Breuiter: apparentes simul & veri socij fœderis huius, ac ciues Ecclesie, & filij Abrahami & Israëlitis, sicut & Christiani & sancti sunt, omnes & soli electi, quando credunt & pœnitentiam agunt^c.

^c Ioh. 6. v. 44. 45.
Ioh. 13. v. 35.

L X X X V I.

Apparentes autem, & non veri ac sinceri sunt reprobi hypocritæ: qui in externo cœtu confœderatorum Dei, ciuium Ecclesie, filiorum Abrahami & Israëlitis, Christianorum & sanctorum, versantur^d quidem, & fidem ac pœnitentiam profitentur^e: verè tamen nullam eius micam habent, ideoq; reuera Diaboli & ipsius synagoge socij, ciues, Filij & membra impura perpetuò sunt & manent^f: etiam quando socij diuini fœderis, & veri Christiani ac sancti videri volunt, & à nobis haberi debent.

^d Matth. 13. le-
ge totū cap.
^e Matth. 21. v. 17.
Matth. 7. v. 22.
^f Ioh. 8. v. 44.

Porro

L X X X V I I.

Porrò cum solus Deus hypocritas à genuinis illis discernere infallibiter queat & : nos, ex regula charitatis, omnes apparentes pro genuinis ac veris habere tenemur : donec ipsi nostrum iudicium manifesta impietate sua nos mutare cogunt^h.

g Matt. 13. v. 30.

2 Tim. 2. v. 19

h 1 Cor. 1. v.

21. Col. 1. v. 24

L X X X V I I I.

Apparentes autem socij fœderis, ciues Ecclesia, Abrahami & Israël filij, Christiani ac sancti deniq; sunt, atq; ideò pro veris & genuinis haberi debent, non tantum adulti fidem & pœnitentiam ore & vita profitentesⁱ, sed infantes quoque ij, qui vel in Ecclesia nascuntur vel cum parentibus in eam transeunt^k.

i Eph. 2. v. 12

13.

Phil. 1. v. 7.

k Act. 2. v. 39

L X X X I X.

Quod enim adultis est fidei & pœnitentia professio, quam ore & vita edunt : id infantibus est natiuitas in Ecclesia, aut transitus eorum cum parentibus in Ecclesiam^l.

l Rom. 11. v.

16.

r Cor. 7. v. 14

X C.

Non minus ergo infantes tales, quàm adulti illi, à nobis, veri & genuini socij fœderis, ciues Ecclesia, Abrahami & Israël filij, Christiani & sancti censendi sunt: quo ad ipsi de se diuersum non ostenderint.

X C I.

Ac proinde sicut de adultis ijs, qui fidem & conuersionem, ore & vita profitentur: hoc iudiciũ etiam ante initiatorij sacramenti acceptionem fieri debet^m: ita de infantibus veterum fidelium ante acceptam circumcisionemⁿ, & de nostris ante baptismum assumptum indicari oportet^o: ut nimirum etiam ante renouationis sacramentum, & absque eo [cum legitimè haberi nequit] pro fidelibus & renouatis; pro socijs fœderis: pro ciuibus Ecclesia: pro vero Abrahami & Israël semine: & pro Christianis ac sanctis habeantur.

m Act. 8. &

10.

n Gen. 17.

o 1 Cor. 7. v.

14
Act. 2. v. 39.

X C I I.

Rationes & testimonia huius doctrine multa & varia, ex scriptura peti poterant: sed classes precipuè tres sunt, 1. Quia Deus ipse fidelium infantes, ab infidelium fœtibus, etiam ante cir-

C

IX



p Gen. 17. v. 7. *cumcisionem* ^p & *baptismum acceptum: immo dum in utero ad-*
Gal. 2. v. 15. *huc existunt* ^q, *hoc modo discernit. 2. Quia discrimen hoc est*
q Psal. 22. v. 32. *unicum illud omnis consolationis nostrae fundamentum: quan-*
Ier. 1. v. 5. *do liberi vel in utero, vel saltem ante baptismum ipsis collatum,*
Luc. 1. v. 15. *diem suum obeunt: siquidem nemo, nisi qui verus socius fæde-*
1 Cor. 7. v. 14. *ris, civis Ecclesie, semen Abrahami spirituale, verus Christia-*
Act. 2. v. 39. *nus, & verè sanctus est: salutem consequi potest* ^r. *3. Quia si*
Q Gen. 17. v. 7. & c. p. 22. v. 18. *absque discrimine isto esset, nulla causa dari possit, cur infanti-*
Ioh. 15. v. 1. 2. 9, 4. & c. *bus nostris aut baptismus debeat, aut saltem præ infidelium*
liberis debeat ^R.

R Mat. 28. v. 19. & cap. 19. v. 13, 14.

X C I I I.

*Quæ causæ, ut melius intelligantur: conferatur infantium
 talium conditio cum adultorum fidelium statu ante sacramen-
 tum initiatorium.*

X C I V.

r Mat. 28. v. 18. Ioh. 3. v. 15. *Sicut enim Deus adultos fidem ore & vita profitentes, à pro-*
fana multitudo discretos vult, etiam ante sacramentum reno-
uationis acceptum ^s: *ita infantes in Ecclesia natos, aut cum pa-*
rentibus in eam transeuntes. etiam ante circumcisionis & bap-
s Act. 10. v. 47. 1 Cor. 7. v. 14. *tismi acceptionem, à reliquis infantibus ipse distinguit, & di-*
stinctos omninò vult ^s.

X C V.

t Ioh. 3. *Item sicut ex fidei & pœnitentiæ professione, de adultis etiam*
ante acceptum initiatorium sacramentum [modo illud non con-
temnant] morientibus, benè sperare possumus & debemus, se-
condum regulam: Sic Deus dilexit mundum & c. ut omnis, qui
credit, non pereat. sed habeat vitam æternam ^t: *Ita etiam de in-*
fantibus in Ecclesia natis, aut in eam transeuntibus, quando an-
te acceptum baptismum, ex hac vita excedunt, bonam spem fo-
u Gen. 17. v. 7. *uere tenemur, secundum promissionem: Sum Deus tuus, & se-*
minis tui ^u.

X C V I.

v Act. 8. v. 37. *Item sicut omnes & soli illi adulti, qui fidem & pœnitentiæ*
ore profitentur, baptizandi sunt ^v: *eò quod res per baptismum*
sa-

sacramentaliter signatas iam habere, & in baptismo, ac per
eum, uberius accipere censendi sunt: ita etiam prorsus de in-
fantibus in Ecclesia natis, aut in eam transeuntibus, statui
oportet. * Rom 4 v.
11. Act. 2. v. 38

X C V I I.

Dum verò hoc asserimus, nequaquam docemus, ut à quibus-
dam immeritò accusamur, quasi fides & natura nouitas, fœderis
item societas, ius ciuium Ecclesie, prerogatiue spirituales Abra-
hamitarum & Israelitarum, unctio Christianorum, & vera
sanctitas, ex traduce sit, & naturali propagatione, ex fidelibus
parentibus contingat.

X C V I I I.

Neque enim natiuitatem istam in Ecclesia, vel ortum ex fi-
delibus parentibus; neq; transitum liberorum cum parentibus
in Ecclesiam: causam vel medium enumeratarum prerogatiua-
rum Spiritualium esse dicimus: sed signum solummodò & in-
dicium earum esse profiteamur.

I X C.

Aliud est autem, signum esse rei alicuius: aliud item est
eiusdem rei causam esse: si quidem signare illa, quam significant,
sape etiam posteriora sunt: causa autem omnes effectu suo saltem
natura ordine priores sunt.

C.

Illi igitur vel malitiosissimè sophisticantur & calumnian-
tur, vel turpissimè decipiuntur & decipiunt; qui in Sacra Scri-
ptura doctrina, quam nos profiteamur: signum rei in causam rei
transformant, & nobis impingunt: quasi natiuitatem ex fide-
libus parentibus, & transitum in Ecclesiam cum parentibus
antecedens & causam constituamus, cur infantes tales, socij fœ-
deris & σωτηριαι salutis fiant: cum nos ex Scriptura seusu, nati-
uitatem illam & transitum in Ecclesiam, in infantibus eodem
modo, quo in adultis, professionem fidei, & pœnitentiæ; nequa-
quam antecedens & causam, sed signum & consequens, vel ad-

*iunctum nouitatis spiritualis, & prerogatiuarum aliarum spi-
tualium esse doceamus:*

C I.

*Cause autem, & vere quidem causa, quibus homines natu-
rali propagatione etiã ex fidelibus parentibus, tantum prauis &
rei existentes renouantur, & socij fœderis, ciues Ecclesie, semen
Abrahami & Israelis, Christiani & sancti efficiuntur: quem-
admodum in adultis, ita etiam in infantibus, sunt, gratuita
Dei electio, efficax vocatio, meritum & efficacia Christi, &
Spiritus sancti liberrima operatio.*

y Rom 8 v.
28.

C II.

*Ex his enim & renouatio ipsa nature^x, & tota hominis sa-
lus^a, atq; etiam ipsa infantum natiuitas in Ecclesia, & eorum
cum parentibus in Ecclesiam transitus, & professio fidei ac pœ-
nitentia sincera in adultis, existit & dependet.*

z Eph 1 v. 4.
a Ioh. 3 v. 4.

A Eph. 1 v. 5.
6, 7, 8 & c.

C III.

*Etsi autem ad veras illas, & principales nouitatis spiri-
tualis, & confœderationis cum Deo & totius salutis causas,
Deus ordinariè, non tantum adultis, verbi auditum, sed
etiam tum in adultis, tum in paruulis initiatorium sacra-
mentum plerunque adiungit^b, & ab hominibus, etiam
quando legitimè haberi potest, omninò adhiberi vult^c: causas
tamen illas principes, & eorū efficaciam ex sacramento initia-
torio suspendere, & ad illud adstringere, aut casum quendam ne-
cessitatis comminisci, in quo diuinitus sancitum ordinem illegi-
tima administratione baptismi violare liceat: Id verò nihil
aliud est, nisi æternum, quod est temporarium, facere: opus
operatum baptismi stabilire: primam causam secundis subijcere
& alligare: omnes incircumcisos, in veteri populo, & non ba-
ptizatos, in noua Ecclesia, damnare: renouationem Iacobi, Da-
uidis, & Baptiste in utero factam negare: latronem fidelem sa-
lute spoliare: Simonem Magum beatum pronunciare: parentes
fideles in obitu liberorum non baptizatorum, omni consolatione
spoliare: pædobaptismi fundamenta penitus euertere: Ecclesie
bonam partem cum impiorum cœtibus confundere: & pontifi-
cias superstitiones stabilire.*

b Ioh. 17. v.
20 Matth.
28 v. 19.
c Gen. 17. v.
11. & 14.

Qui

81

C I V

Quicumq; ergo has abominationes admittere verè exhorre-
 scit: is causas illas salutis præcipuas, etiam absq; sacramento re-
 nouationis, & ante illud, efficaces esse posse, & pro Dei beneplaci-
 cito, quod scrutari nos non decet, efficaces esse, certò statuere de-
 bet. Ideoque omnes, in quibus causas istas efficaces esse ex chari-
 tate Christiana, secundum Dei Verbum statuere potest: eos etiam
 ante sacramentum initiatorium acceptum, & absque eo, [cùm
 legitimè haberi nequit] verè confæderatos Dei æstimare tene-
 tur^d.

d Act. 10 v.
47.

C V.

Ac proinde cùm tales, de quibus, & in quibus causas prin-
 cipales, & efficaciam causarum principalium salutis, nobis pol-
 liceri possumus & debemus: non tantùm adulti illi sint, qui fi-
 dem & pœnitentiam profitentur, sed etiam infantes in Ecclesia
 nati, aut cum parentibus in eam transeuntes: sequitur irrefra-
 gabiliter, non adultos tantùm fidem & pœnitentiam præsefe-
 rentes, sed etiam infantes in Ecclesia natos, aut cum parentibus
 in eam transeuntes, ante baptismum quoq; acceptum, renouatis
 & veris socijs fæderis accenseri oportere.

C V I.

Natiuitas ergo infantium ex fidelibus, vel transitus eorum
 in Ecclesiam cum parentibus, causa quidem est iudicij nostri: quo
 tales pro renouatis & pro socijs fæderis habendi sunt. Non est
 autem causa, ex qua infantes ipsi renouentur, & socij fæderis
 existant.

C V I I.

Causam igitur iudicij nostri de renouatione & de prerogati-
 uis alijs, cum ipsius renouationis, & prerogatiuarum causis con-
 fundere, rursus non nisi aut calumniatoris, aut inepti hominis
 est.

C V I I I.

Sextò differunt fædus naturale & gratuitum tabulis fæde-
 ralibus. Naturale enim fædus, ante & post lapsum, in tabulis



humani cordis, atque etiam noua patefactione Dei, in lapideis
e Ief. 59. v. 2.
 Ier. 11. v. 4.
 Ezech. 11. v. 20.
 Hof. 2. v. 18.
 2 Cor. 6. v. 16.
 Heb. 8. v. 10.
 f Heb. 8. v. 10. *Mosis, & scriptorum sacrorum chartaceis^e literaliter duntaxat continetur. Gratuitum autem, non solum literaliter in Scriptis Prophetis & Apostolicis, sed etiam in cordibus electorum spiritualiter atq; efficaciter scriptum comprehenditur^f.*

C I X.

g Gen. 2.
 h Gen. 7. & 19.
 i Exod. 19.
 k Gen. 17 & in Leuitico.
 Exod. 12.
 Matth. 26. & 28.
 m Act. 2.
 n Rom. 5. v. 1.
 o 1 Pet. 1. v. 5.
 p 2 Cor. 5. v. 2, 3. *Septimò differunt symbolis & testimonijs. Naturale enim ante lapsum quidem arbore vite & scientia boni & ac mali, post lapsum verò tum pœnis atrocibus aduersus fœdisfragos^h, tum horribili legis latione in monte Sinaiⁱ, confirmatum fuit, & perpetuò, tum vniuersalibus, tum particularibus generis humani supplicijs confirmatur. Gratuitum autem fœdus roboratur, non tantum veteribus^k, & nouis sacramentis, sed etiam visibili effusione spiritus sancti, in noua Pentecoste: mirabili propagatione & conseruatione nouæ Ecclesiæ^m: pace conscientieⁿ: viua consolatione^o: & initio vite æternæ in hac vita^p.*

C X.

q Rom. 5. v. 12 13 14.
 r Gen. 3.
 R Gal. 3. v. 15. & sequent.
 r Eph. 1. v. 10.
 s Ioh. 13. v. 10.
 t Eph. 5. v. 27 *Octauò differunt sine interno, seu impletione fœderis diuersa. Naturale enim fœdus, postquam semel lapsu primorum parentum violatum est, & peccato saltem originali, ab omnibus violatur^q: non nisi satisfactione per pœnam^r, seu impletione secundaria impleri potest. Gratuitum verò non tantum satisfactione, eaq; aliena, & nobis imputata atq; applicata, impletur^R: sed etiam instaurazione propria obedientie^r: hic quidem inchoatione^s, in altera autem vita, perfectione^t: ideoq; tum primaria, tum secundaria impletione impletur.*

C X I.

u Rom. 9. v. 22
 Rom. 1. v. 32
 Rom. 8. v. 28 *Nonò differunt sine & effectu externo. Fœdus enim naturale in primis diuina iustitia gloriam illustrat: gratuitum autem in primis misericordia laudem operatur. vtrunq; verò electorum salutem efficit^u.*

C X I I.

Ex dictis tam de abolitione, quàm de stabilitione fœderis naturalis per gratuitum fœdus, an, & quo modo fiat, iudicari potest.

potest. Nempe aboletur illud per hoc, in omnibus & solis electis; idq; quo ad propriam, debita pœna, ab ipsis luenda, persolutionem; & quo ad obedientia perfectæ in hac vita præstanda impletionem^{vv}. Stabilitur autem aliena seu Mediatoris satisfactione^x: [quæ electis tamen gratuita imputatione^z, & fide applicaturⁿ]: Et amissarum virium per spiritum sanctum in-stauratione^b: in hac vita paulatim inchoata, & in glorificatione Ecclesia perficienda.

vv Rom. 8. v.
3.
x Rom. 3. v.
31
z Rom. 3. v.
24
a 1 Ioh. 5. v. 10
b Eph. 3. v. 16

C X I I I.

Fœdus gratuitum hoc modo, à naturali fœdere distermi-natum, ipsum quoq; diuiditur in vetus & nouum fœdus.

C X I V.

Ac vetus quidem fœdus est, quod Deus cum patriarchis^c, & ipsorum posteris fidelibus, imprimis cum Abrahamo & semine ipsius^d, per & propter Filium suum ex muliere nasciturum, pas-surum & resurrecturum, inijt; e in quo fœdere Deus in Christum exhibendum credentibus, & pœnitentiam agentibus^e, non tan-tum remissionem peccatorum gratuitam, & imputationem iu-stitiæ Christi, ac vitam aeternam pollicitus est^g: sed etiam sedem ac politiam certam in terra Chanaan, vsq; ad Christi aduentum, promisit^h: Homines verò ad fidem in Christum venturum, & ad obedientiam secundum omnes legis, per Mosen scriptæ, par-tes, se obstrinxeruntⁱ: quod fœdus libris prophetis compre-hensum, sacramentis veteribus confirmatum est.

c Gen. 15. 17.
22 & 26.
d Gen. 17.
e Gen. 3.
f Ier. 3. v. 12.
& 14.
g Ies. 43. v. 25
h Gen. 15. v.
17.
i Deut. 5. v.
32. 33.

C X V.

Nouum autem fœdus est, quod præcipuè cum electis, ex om-nibus Gentibus, per Filium Dei ex virgine natum, passum & resuscitatum initur: in quo Deus in Christum illum exhibitum credentibus, & gratitudinem præstantibus remissionem pecca-torum, iustitiam ac vitam aeternam, & aliquod in hoc mundo hospitium promittit^k: Homines verò fidem in Christum secun-dum Euangelium, & obedientiam secundum legem moralem, & obseruationem duorum sacramentorum legitimam pollicen-tur.

k Ier. 31. & 33
Ioh. 3.
Ies. 49. v. 23.

1. Mate 28. v. tur 1: quod fœdus in Scriptis Apostolicis clarissimè comprehensum, Sacramentis nouis confirmatur.

C X V I.

Conueniunt ergo hæc fœdera, atque adeò unum idemq, fœdus sunt, quod ad ea, quæ in communi definitione fœderis gratuiti, expressa sunt.

C X V I I,

Vtrinque enim vnus idemq, Deus, præcipuè cum electis suis, hoc fœdus sancit, per & propter vnum eundemq, Filium suum, credentibus & pœnitentibus utrobique eadem spiritualia, cœlestia & æterna bona, liberationem à peccato & morte, atq, iustitiam & vitam æternam, in primis promittens: & vicissim eandem in Christum fidem, eandemque moralem obedientiam, gratitudinis loco, ab omnibus præstandam requirens, atq, iisdem doctrinæ generibus, Lege nimirum, & promissione gratiæ, conditiones vtriusq, partis declarans. Vnde & impletio similis atq, eadem conditionum principalium, eademq, tum diuinæ gloriæ, tum electorum salutis peragendæ & obtinendæ ratio ac via utrobique est, & manet.

C X V I I I.

Quia verò ex his, quæ vtrique fœderi gratuito communia sunt: præcipuè id, quod de principalium conditionum communitate & identitate dicitur, à multis in controuersia vocatur: & in eius probationem etiam reliquorum demonstratio cadit: diligentiore confirmationem assertio hæc requirit.

C X I X.

Quòd ergo Deus in utroque fœdere gratuito, in primis spiritualia, cœlestia & æterna bona, & quidem prorsus eadem promittat, atq, electis etiam conferat: Id præcipuè hæc argumenta, quæ ex natura ipsa fœderis, & ex eius requisitis, accersuntur, demonstrant & euincunt.

C X X.

1. A natura vtriusq, partis confœderatæ.

Suu.

CXXI.

Summam enim maiestatem, ac spiritualem & aeternam Dei naturam magis decet promittere & largiri summa, hoc est, spiritualia, caelestia & aeterna bona^m: quam inferiora ista, hoc est, corporalia, terrena, & temporalia. Atq; illa etiam potius, quam haec expectare, & consequi homini ipsi magis conuenit: utpote, quem, ad longè alia, quam ad porcorum & bestiarum voluptates, [qua inferioribus illis bonis constant] conditum esse, non tantum spiritualis illa, rationalis & immortalis anime natura & loquendi facultas ostendat: sed etiam mira illa erecti, & ad caelum se extollentis corporis nostri structura, omnibus etiam tacentibus clamet.

CXXII.

Atqui unus idemq; Deus immutabilis, in utroq; fœdere est & manet: Sicut nec hominum natura alia nunc est, quam olim fuerit.

CXXIII.

Utroque igitur paciscentium digna & conuenientia, in utroq; fœdere à Deo fidelibus promitti & conferri, qui non videt, nihil profectò videt.

CXXIII.

2. A persona & officio Mediatoris.

CXXV.

Is enim Deus cum sitⁿ, maximè diuina bona suis impertit. Homo autem ideò factus est: ut homines à Deo auulsos, rursus cum eodem unire, atq; ita diuinorum bonorum participes efficere posset^o. Et Christus, hoc est, Rex^p, propheta^q, ac sacerdos^r, ideò est, & dicitur: quia spirituale regnum habet, & suos de salute aeterna consequenda erudit, & sacrificio atq; intercessione sua, amissam iustitiam & vitam eis recuperat.

CXXVI.

Atque etiam veterum Mediatorem hunc eundem fuisse: non minùs, quam noster sit: & ipsius merito, atq; efficacia fœdus gratuitum inter Deum & veteres coäluisse: non minùs, quam inter nos & Deum coalescat: id verò Scriptura sacra nimis clarè & saepe affirmat^s.

D

n Ior. 23.
Ief. 7.

o Eph. 2. v. 16
p 2 Sam. 7.
q Dent. 18.
r Psalm. 110.

s Gen. 3.
Gen. 17. v. 7.
Exod. 4. v. 17.
Num. 23. v.
10. Pf. 34 v. 15
Psal. 116. v.
22. Ief. 66. v.
15. Ezech. 17.
v. 4. Dan. 12.
v. 1. Hebr. 11.
v. 9.

XIII



X C X V I I.

Veteribus ergo aequè ac nobis, ea, quæ & persona atq; officium eius postulant, promisit & præstitit.

C X X V I I I.

3. Ab iis conditionibus fœderis gratuiti, quæ extra controversiam sunt.

C X X I X.

Primò enim ipsi aduersarij nobis largiuntur: quòd Deus veteribus inferiora illa bona, terram nempe Chanaan, numerosam sobolem, & similia promiserit, & fideliter contulerit. Quare etiam nobis largiantur necesse est: quòd Deus idem hominibus iisdem summa quoque bona, liberationem scilicet à peccato & morte aeterna, restitutionem iustitiæ ac vitæ sempiternæ, prius promiserit & suo ordine contulerit.

C X X X.

Ratio firmissima consecutionis duplex est. Prior quidem, quia bona corporalia ad salutem, nec Deus hominibus promittere, nec homines à Deo expectare possunt: nisi prius homines illi cum Deo per & propter Christum in gratiam redierint, & nisi proinde huius reconciliationis promissionem & fiduciam habuerint. Non est autem dubium, bona illa corporalia sanctis Patribus saluti fuisse.

81. Cor. 16.
1. Cor. 24.

C X X X I.

Posterior ratio consecutionis, est, quia corporalia bona Deus in hunc usum patribus promisit & contulit: ut ea ipsi ad spiritualium acceptionem seruire possent. Siquidem mirabilis illa liberatio ex Aegypto, collatio in terram Chanaan, constitutio politiæ & regni certa, atque alia huiusmodi opera: non tantum argumentum & testimonium fauoris Dei, propter Christum erga hunc populum esse potuerunt: sed etiam typus & pignus spiritualis illius, ex peccato & morte liberationis, & in cælum translationis esse debuerunt: & medium denique Messia exhibendi re ipsa fuerunt. Propter quæ autem Deus corporalia promisit & contulit: ea ipsa certè multo magis promississe, & contulisse existimandus est.

Secundo

CXXXII.

Secundo concedunt aduersarij: veteribus quoq; Messiam promissum esse. Concedant ergo etiam oportet: veteribus spiritualia beneficia promissa esse.

CXXXIII.

Ratio certa & aperta hac est: quia beneficiorum conferendorum causa, & accipiendorum gratia, Messiam Deus promisit, & homines desiderarunt. Messias vero precipue & proprie spiritualia bona confert.

CXXXIV.

Tertio fatentur aduersarij, quod Deus à veteribus ceremoniarum Mosaicarum obseruationem stipulatus sit.

CXXXV.

Ea autem obseruatio sine fide & interno cultu facta ut hypocrisis & idololatria passim reijcitur^u, & ut cum fide & conuersione fiat, & ex illis scaturiat ac promanet, atq; ad illorum confirmationem & incrementum dirigatur; sapissime precipitur & inculcatur.

CXXXVI.

Quare cum sine fide nulla sit conuersio^{vv}: & verò fides promissionem de Christo & dereconciliationem per & propter Christum facta, imprimis respiciat^x, eaq; precipue nitatur, utpote archetypo & corpore ipso omnium ceremoniarum, typorum, & umbrarum veterum^z: manifestum est, veteribus illis fiduciam promissionum de Christo, & de beneficijs eius spiritualibus, in ceremoniarum omnium peractione praeluxisse: ideoq; ipsis quoq; prius promissiones illas promulgatas fuisse: Siquidem sine promissionibus acceptis & intellectis, credere, & ex fide vera agere, nullo modo potuissent.

CXXXVII.

Simile argumentum exstrui potest, etiam ex moralis legis obseruatione: quam non minus, imò magis etiam, quam ceremoniarum executionem, Deus à veteribus postulauit.

CXXXVIII.

Ea autem obedientia sine fide non tantum non placere^b, sed nec fieri, nec inchoari potest: cum per fidem corda purificentur^c.

XIV

t Ies. 8 & 53.
Ioh. 18 v. 36.
Ioh. 20. v. 31.

u Ies. 1. Ps 50

vv Heb. 11.

x Eph. 3. v. 17

z Col. 2. v. 17

a Ies. 1. & 58.
Os. 6. v. 6.

b Heb. 11.
Rom. 14. v. 32
c Act. 15.



C X X X I X.

4. A verbo, quo conditiones fœderis declarantur.

C X L.

Lex enim moralis, cum aeterna, immutabilis, & apud omnes rationales creaturas eadem sit^d: eandem quoque spirituales obedientiam ab omnibus requirit^e. Ac proinde, etiam premia^f, ac pœnas^g, in primis spirituales & aeternas, promittit & comminatur.

^d Rom. 7. & 2.
^e Matth. 23.
^f Gen. 15. v. 1.
^g Gal. 3. v. 10.

C X L I.

Et formulæ fœderis utriusque, & summæ Euangelicæ, quæ passim in prophetis pariter, atque Apostolicis scriptis exstant, in primis summa illa beneficia pollicentur, ut Gen. 3. Gen. 12. v. 3. & Gen. 22. v. 18. Gen. 15. v. 1. Gen. 17. Exod. 20. Esa. 51. v. 6. Esa. 66. v. 22. Dan. 12. v. 1. Act. 3. v. 25. Act. 15. v. 11.

C X L I I.

Atque hinc etiam omnes p̄ij, cum Abrahamo in regno cœlorum discubaturi^h, & in sinum Abrahamæ recipiendi dicunturⁱ.

^h Mat. 8. v. 11.
ⁱ Luc. 16. v. 22. 23.

C X L I I I.

5. A symbolis fœderalibus Certissimum est enim tam veterum, quam novorum sacramentorum eandem rem signatam esse.

C X L I V.

Id enim testatur diuus Paulus 1. Cor: 10. quando veteres in transitu maris, & nube baptizatos esse: & Manna comedentes, atque aquam ex Petra bibentes eandem escam spirituales comedis, eundemque potum spirituales bibisse affirmat. Item Col. 2. ubi nos circumcissione Christi circumcidi affirmat. Et D. Petrus 1. ep. 3. cum diluuium antitypon nostrum baptismum, id est, typum idem significantem, pronunciat.

C X L V.

Nostra autem sacramenta promissionem gratiæ obsignare multa docent^k.

^k Marc. 16. v. 16.
1. Cor. 11. v. 25. & v. 24.

C X L V I.

Vnde sequitur, etiam vetera sacramenta, eandem gratiæ promissionem obsignasse.

Id

XV

CXLVII.

Id quod etiam Apostolus disertè docet Rom. 4. ubi circumci-
sionem σφραγίδα iustitiæ fidei fuisse affirmat. Et de alijs sacra-
mentis veterum idem Scriptura asserit: quoties eis expiatio-
nem¹, aut ablutionem peccatorum^m, & similia spiritualia ef-
fecta tribuit; & vice versa, Christo Mannaⁿ, agni^o, & vi-
ctimæ nomina ac proprietates assignat^p: quæ permutationes no-
minum & proprietatum utring^q, vicissim per metaphoram, me-
tonymiam, & metalepsin nulla alia de causa, nisi propter sacra-
mentalem significationem factæ sunt.

1 Leuit. 23. v.
27.
m Zach. 13.
v. 1.
n Apoc. 2. v.
17.
o 1 Cor... v. 7
p Passim in
epist. ad Heb

CXLVIII.

6. Ab interno sine, seu ab impletione fœderis.

CXLIX.

Credidit enim Abraham, & hoc ei imputatum est ad iustiti-
am, qua nimirum iustus coram Deo existit, ad cuius assertio-
nem Apostolus exemplum hoc adducit^q. Vidit item Pater ille
omnium credentium, diem Christi, & letatus est^r, hoc est, fide
exhibendum Christum amplexus, pacem conscientiæ, & leti-
tiam in Deo acquiescentem expertus est. Et David sui etiam
temporis homines beatos pronunciat, quorum remissa sunt ini-
quitates, & quorum tecta sunt peccata^s: atque ijs se quoq^z pro-
cul dubio annumerat.

q Rom. 4. v.
3.
r Ioh 8. 56.
s Psalm. 32.

CL.

Idem David^t, ac Iobus^u resurrectionem mortuorum & glo-
rificationem à Deo sibi pollicentur: & hic profitetur, se in Deo
speraturū, etiamsi ab eo occideretur^{vv}: sicut Iacob moriturus sa-
lute Domini se sustentat^x. Alia igitur & potiora bona, quàm
hæc momentanea expectarunt & acceperunt: absq^z quo si fuisset,
Deus promissis non stetisse videri posset: ac homines illi præ alijs
impijs afflictis, frustra præ infidelibus ceteris in Deo fiduciam
collocassent.

t Psal. 16.
u Iob. 19.
vv Iob 13.
x Gen. 49.
per totum
cap.

CLI.

Ideò non tantum ipsi sancti veteres se in hoc mundo peregri-
nos nominant^z, quorum Patria alibi sit: sed etiam in promissa

z Gen. 47.
v. 9.



terra Chanaan tum ipsi se, tum Apostolus ad Hebr. tanquam
in aliena terra, fide ipsos commoratos esse, & hereditatem, civi-
tatem, ac patriam cœlestem expectasse, clarissimè pronunciat^a.

^a Heb. II. v.
9. 10.

CLII.

7. Afine externo. Tam enim in veteri, quàm in nouo Testa-
mento, gloriam suam Deo, salute electorum, illustrare placet^b.

^b Ies. 43.

CLII.

Vtrobique ergo aliquibus salutem veram, & æternam im-
pertit.

CLIV.

Ceterùm, differentia veteris & noui fœderis in communium
limitatione consistit.

CLV.

1. In diuersa pacifcentium consideratione.

CLVI.

Etsi enim utrobique Deus idem, cum electis suis præcipuè, ex
omnibus populis, fœdus hoc pacifcitur: ante Christi aduentum
tamen sese Deum patriarcharum nominat^a: quemadmodum
post eius exhibitionem se Patrem Domini nostri Iesu Christi vo-
cat^d.

^a Exod. 3. v. 6

^d I Cor. 15. v.
6.

CLVII.

Item, vetus fœdus cum ijs maximè iungebatur: qui ex semi-
ne Abrahami, & in primis ex Iudæis colligebantur^c: ideoque
confœderati Dei, maximam partem, intra angustos terminos
terræ Chanaan, continebantur.

^c Gen. 15. v.

18. Act. 3. v. 15

^f Act. 10. v.

34. 35.

^g Matth. 25.

At nouum fœdus, cum electis tum ex Abrahami posteris,
tum ex alijs gentibus collectis^f sancitur. Ideoque hoc fœdere
Deo confœderati, per vniuersum terrarum orbem dispersi
sunt^g.

CLIX.

Quòd enim non Iudæi tantùm, sed Ethnici quoq; ad fœderis
huius societatem, & ad Messia ac beneficiorum eius noticiam
pertineant, & quòd plena atq; vniuersalis gentium ad Ecclesiam
vocatio

vocatio, in nouum adeò testamentum referuat a fuerit: id sequen-
tibus præcipuè probatur.

CLX.

Primò: exemplis eorum, qui ante Christum exhibitum, ex
Ethnicis Israëliticam religionem amplexi sunt^h: & futura uni-
uersalis vocationis Ethnorum, quasi præludia exstiterunt.

CLXI.

Secundò, promissionibus penè innumeris: quæ passim exstant
in Moseⁱ, psalmis^k, & Prophetis^l.

CLXII.

Tertiò, primitiis Gentium Christo nato, ad Ecclesiam acce-
dentium^m.

CLXIII.

Quartò: doctrinaⁿ, & miraculis^o; in gratiam Ethnorum
editis.

CLXIV.

Quintò: doctrina^p, miraculis^q, & egressu Apostolorum in
uniuersum orbem^r.

CLXV.

Quod non tantum ad refutationem Iudæorum, Messiam
promissum sibi solis vendicantium: sed etiam ad nostram conso-
lationem, qui ex Gentibus originem trahimus diligenter est ob-
seruandum^s.

CLXVI.

2. Differunt diuerso Mediatoris intuitu. Vetus enim fædus
sanciebatur per & propter exhibendum, nasciturum, passurum,
& resuscitandum Christum: cui credentes fide & spe insereban-
tur^t. At nouum inicitur per & propter Christum iam exhibitum,
natum, passum, mortuum, & resuscitatum^u: cui credentes vete-
res nunc nobiscum re ipsa per fidem inseruuntur^v.

CLXVII.

3. Differunt fæderis conditionibus minus principalibus:
sum ex Dei, tum ex hominū parte. Nam præter summa & præ-
cipua bona Deus in veteri fædere, etiam certā ac definitam sedem
Ecclesiæ

h Iethro:
Exod. 18.
Rachab. Ios.
6. Gibeoni-
ta Ios. 9:
Hiram. 2:
Reg. 23.
i Gen. 9. &
23. Deut. 32
vers. 21.
K Psal. 100.
vers. 72.
l Esa. 1. 2. 11.
19. 42. 49.
Ioel. 2. Mic.
4. Zach. 2.
m Magi
Mat. 2. Cen-
tario Mat. 8.
Mulier Can.
Matth. 25.
Cornelius.
Act. 10.
n Matth. 8.
vers. 11.
o Sonatio
serui Cent.
Mat. 8. Filia.
Can. Matth.
15. Effusio
Spiritus S.
super Gen-
tes, Act. 10.
p Act. 15.
Rom. 9. 10.
11. Ephes. 2.
q Act. 16. v.
18.
r Matth. 23.
s Eph. 2. vers.
34. & 5.
t Psal. 15.
v. 9. Ioh.
8. v. 56. Heb.
11. v. 40.
u 1. Cor. 11.
vv Act. 15. v.
9. & 11.

XVI

Ecclesia in terra Chanaan pollicitus est: Cum in nouo fœdere aliqua saltem Ecclesie per omnes Gentes & regiones sparsa hospitalia promittat^x.

x Gen. 15. v.
17. Dan. 9. v.
26.

CLXVIII.

Homines verò, etsi utrobique, ad fidem præcipuè & gratitudinem sese obligant: Veteres tamen peculiariter ad obseruationem legum ceremonialium quoq^z, & forensium Mosis, se obstringebant^z: à quibus autem Christus aduentu suo nos liberauit^a: & præter fidei, ac moralis legis obedientiam, & duorum [quando legitimè haberi possunt] Sacramentorum usum, nihil amplius à nobis postulat.

z Exod. 24.
a Act. 15. v. 11.

CLXIX.

4. Differunt tabulis, & Verbiillis utring^z, inscripti qualitate, ipsiusq^z inscriptionis claritate, atque efficacia.

CLXX.

Etsi enim utrobique, Lex pariter & Euangelium, quibus conditiones fœderis gratuiti declarantur, non tantum literaliter in voluminibus sacris, sed etiã spiritualiter in cordibus electorum scribuntur^A: ante aduentum Christi tamen præter lapideas Mosis tabulas libri tantum Prophetici exstabant: quibus post Christi aduentum libri Apostolici accesserunt^B.

A Ier. 31.

B 2. Cor. 3. v.
14. Marci 1.
v. 1. Act. 1.
v. 1. Rom. 1.
v. 1.

CLXXI.

Item, in veteri præcipuè lex urgetur, & plures eius partes sunt: promissiones autem euangelicæ parcius & obscurius attinguntur. In nouo autem fœdere lex moralis tantum viget, & euangelium longe copiosius & clarius continetur^b, atq^z etiam in plurium electorum cordibus, & clarius atq^z efficacius à Spiritu S. exaratur^c.

b Ioc. 2.

c Ier. 31. 2.
Cor. 3.

CLXXII.

Et hinc fit: ut vetus Testamentum, nonnunquam pro lege accipiatur^d: sicut nouum pro Euangelio^e.

d 2. Cor. 3. v.
14.
e 2. Cor. 3.

CLXXIII.

5. Differunt symbolis fœderalibus. Etsi enim utrobique, Sacramenta, secundum communem rationem seu definitionem conueniunt,

XVII
ueniunt, [si quidem utrobique sunt ritus externi & visibiles di-
uinitus instituti, atque unicum gratiae fœdus inter Deum & cre-
dentes obsignant] Symbola tamen vetera illa, fuerunt alij, &
plures, & operosiores, atque obscuriores ritus, quàm noua esse
scimus & experimur.

f Jer. 31. v. 34.
& 35.
Heb. 10. v. 1.

CLXXIV.

6. Differunt impletionis modo. Nos enim ita participes effi-
cimur huius fœderis: ut ad veteres accedamus, & ipsorum reli-
gionem amplectentes, semini benedicto Abrahami incorpore-
mur, atque ita olea ac radici sanctæ implantemur. Non autem
veteres ad nos, aut nostros, quippe ad idololatrias absque defe-
ctione à fœdere Dei accedere potuerunt.

g Rom. 11. v.
19. & 20.

CLXXV.

Quæ cogitatio nos ad modestiam, & ad humanitatem erga
Iudeos excitare potest^h.

h ibid.

CLXXVI.

Ex hac fœderis antiqui & noui collatione liquet, quòd illa
res, in quibus similitudo & identitas cernitur, præcipuè ad
ipsam, gratuiti fœderis substantiam pertineant: sicut hac, in
quibus differunt, ad circumstantias, & administrationem ip-
sam spectant.

CLXXVII.

Atque ideò rectè dicitur vetus & nouum fœdus substantiâ
conuenire, & ipsâ essentiâ unum idemque fœdus esse: Circum-
stantijs autem, & administratione discrepare, & quodammodo
duo diuersa fœdera effici.

CLXXVIII.

Ex eadem fœderum duorum antithesi patet, an, & quatenus
antiquum fœdus per nouum, vel abolitum, vel impletum sit.
Nimirum abolitum & antiquatum est, quatenus à nouo differt,
circumstantijs, & forma administrationis. Impletum autem
est, quatenus substantia, & natura idem est, ac nouum^h.

h tota Epi-
stola ad He-
bræos.

CLXXIX.

Atque eadem ratione & fœdus gratuitum simpliciter: &

E

1 Gen. 17. v. gratuitum fœdus nouum etiam aeternum est, & dicitur.
7 Heb. 7. v. 3.

C X X C.

Porrò ex doctrina, quam hactenus de fœdere cum hominibus ex scriptura sacra recensuimus, colligere est: cur appellationes Pacti, fœderis^K, & Testamenti^I, quæ propriè differunt, huic uni tamen eidemq; necessitudini & obligationi mutua, qua inter Deum & hominem intercedit, significanda & exprimenda adhibeantur.

I Exod. 31.
v. 16.
K Gen. 6.
v. 18.
I Exod. 30.
v. 26.

C X X C I.

Pactum enim in genere est obligatio mutua aliquorum ad aliquid.

C X X C I I.

Fœdus autem dicitur pactum, quod pacis causa inicitur. Et pax nominatur Consensio de non ledendo.

C X X C I I I.

Testamentum deniq; testatio vel declaratio est ultima voluntatis: qua morte testatoris ratificatur.

C X X C I V.

Ex doctrina autem recensita intelligitur: omnes istas vocabulorum istorum rationes & definitiones: uni huic rei, de qua agimus, competere.

C X X C V.

Est enim pactum: propter mutuam Dei & hominum obligationem, qua hic reperitur.

C X X C V I.

Est etiam fœdus: propter summam pacem, qua huius fœderis impletione obtinetur, & violatione eiusdem amittitur.

C X X C V I I.

Est denique Testamentum: cum contineat dispositionem de hereditate aeterna, da^{da} filiis Dei; qua non nisi morte Christi

Hebr. 9. v. testatoris interueniente, rata est^m.
16. 17.

C X X C I I X.

Meritò igitur ordo hic inter Deum & homines, pactum, fœdus, & Testamentum appellatur.

C X X C I X.

Hinc etiam cognoscitur: cum in sacris literis hac nomina alijs

arg.

atq; alijs rebus tribuantur; cur & quomodo id fiat: & qua sit
attributionis illius ratio.

C X C.

Primum, hæc nomina maximè propriè conueniunt substan-
tiæ, & substantialibus fœderis huius: ut quando restitutio ho-
nis in integrum, vocatur aut pactum, aut fœdus, aut Testamen-
tum.

C X C I.

Deinde transferuntur hæc appellationes etiam ad ea, quæ tan-
quam minùs principalia fœderi ineundo extrinsecus inseruiunt:
vel ad ipsam administrationem fœderis huius pertinent.

n Gen. 17. v.
15. 16. 17. Heb
9. v. 15. 16.

o 2. Cor. 3. v.
14.

C X C I I.

Ideoq; secundo loco pactum, fœdus, & Testamentum dicun-
tur tabule fœderis: & verbum, quo promissiones mutue conti-
nentur. Hoc modo libri Prophetici & Apostolici nomine fœde-
ris & Testamenti veteris ac noui appellantur. Et eadem ratio-
ne lex Testamentum vetus, & Euangelium, Testamentum
nouum nonnunquam dicitur: sicut vulgo etiam libellus, in quo
morituri alicuius ultima voluntas declarata, & scripta conti-
netur: vsuatè Testamentum nominatur.

p. Gal. 4. v. 34.

C X X C I I I.

Tertiò pacti, fœderis, & Testamenti appellatio tribuitur etiã
Sacramentis, fœdus ob signantibus. Sic circumcisio dicitur fœ-
dus Gen. 17. v. 10. & ibidem explicatur, quod sit signum fœderis
v. 11. siue σφραγίς τῆς διγγορῶν, τῆς πίστεως, Rom. 4. v. 11.
Sic calix est nouum Testamentum, Luc. 22. v. 20. Quia noui
Testamenti Sacramentum est.

C X C I V.

Ex dictis etiam utrò sese infert: duplicem vel etiam tripli-
cem in diuino fœdere unitatem, & pluralitatem, identitatem,
diuersitatem, vetustatem, & nouitatem, abrogationem deniq;
& stabilitationē considerari posse, & in Scriptura occurrere: primò
quidem, quatenus fœdus naturale & gratuitum: siue legale &
Euangelicum, vel certè ipsa lex, & Euangelium ipsum inter se
mutuò conferuntur. Deinde etiam, quatenus euangelicum, ac



gratuitum fœdus, ut ante Christi aduentum fuit, cum Euange-
lico, ac gratuito fœdere, quatenus post aduentum illū Christi vi-
get, comparatur. Immo etiam, quatenus gratuitum fœdus, uti
post primum aduentū Christi componitur, cum gratuito fœdere,
uti erit post secundum aduentum Christi: nempe incoatio cum
consummatione.

CXC V.

Ac priores duo modi idenditatis & diuersitatis; nouitatis &
vetustatis; abrogationis & stabilitationis sepe, atq; adeo plerumq;
in scriptura, præsertim veteri, coniunguntur, ut Exodi 24. Ier. x.
Heb. 7. & 8.

CXC VI.

Interdum autem etiam tertius modus adiungitur, atq; unā
comprehenditur. ut Ierem. 31 v. 34.

CXC VII.

Sed Deo æterno: pro immēsa hac bonitate & misericordia toto
pectore gratia habenda, agenda, & pro facultate referenda sunt:
quod is, cuius talis ac tāta maiestas est, nobiscū, hoc est, cum cinere
& puluere, fœdus tā augustum inire dignatus sit: ac sedulo opera
danda est nobis, ut conditiones pactas obseruemus, & promissis
stemus: ideōq; Verbum Dei diligenter audiendum, & Sacramētus
reuerenter, ac deuotè utendum est: ac cum promissam fidem &
pœnitentiam viribus naturalibus, ne quidem animo concipere;
ne dum opere ipso inchoare valeamus: ardentibus votis benig-
nissimus Pater orandus est, ut ipse per spiritum sanctum, tabulis
lapideis cordis nostri emollitis, Verbum suum efficaciter inscul-
pat, ac veram fiduciam, & naturæ nouitatem in nobis operetur,
ac confirmet: ut per fidem ac spiritū sanctum Christo insiti, eiusq;
meriti atq; efficacia cōsortes effecti, & ad imaginem Dei, ad quā
in initio conditi sumus, instaurati, templa viua Dei, & bonorum
cœlestium reuerenti reddamur, atq; in æterna beatitudine Deum
conditorem & redemptorem, sine fine laudemus & celebremus.

A M E N.

Umg. VI 45


ULB Halle 3
002 379 767



s. b.

WDA





DE
FŒDERE DEI
CVM HOMINIBVS:
Theses.

25 AE

32

DEO ANNVENTE;
Publicè examinabuntur: Calendis
Martij. horis & loco consuetis.

PRÆSIDE
PETRO CALAMINO: SACRAE THEO-
logiæ Doctore; & Professore ordinario.

RESPONDENTE
LVCA STÖKELIO: ELECTORALIS
collegij, quod Sapientie vocant, alumno.



HEIDELBERGÆ.
Abrahamus Smeismannus excudebat.
ANNO clō. lō. xcv.

